Quelle: https://manuscripta.at/?ID=928
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



101

am et exclude aduersus eos qui me persequuntur. Flectamus genua oratio
Oremus omnipotens deus ut qui in tot aduersis ex
nostra infirmitate deficimus: intercedente
pro nobis filii tui passione respiremus. Per eundem.
In diebus illis Dixit ysaias Lectio ysaie prophete
Domine deus aperuit michi aurem: ego autem non contra
dico retrorsum non abij. Corpus meum dedi percutientibus
et genas meas uellentibus faciem meam non auerti
ab increpantibus et conspuentibus in me. Domine deus
auxiliator meus idcirco non sum confusus idcirco posui
faciem meam ut petram durissimam: et scio quia non
confundar. Iuxta est qui iustificat me. Quis contra
dicit michi. Stemus simul. Quis est aduersarius
meus. Accedat ad me. Ecce dominus deus auxilia
tor meus. Quis est qui condempnet me: Ecce omnes
quasi uestimentum conterentur: tinea comedet eos.
Quis ex uobis timens deum audiens uocem serui
eius. Qui ambulauit in tenebris et non est lumen
ei. Speret in nomine domini et innitatur super deum suum.
Gr. Exurge domine et intende iudicium meum deus meus et dominus
meus in causam meam. V. Effunde iram meam et exclude aduer
sus eos qui me persequuntur. Secundum Johannem
Ante sex dies pasche uenit iesus bethaniam.
ubi fuerat lazarus mortuus quem suscitauit
iesus fecerunt autem ei cenam ibi: et martha ui
ciebat. Lazarus uero unus erat recumbentibus
cum eo. Maria ergo accepit libram unguenti nardi
pistici pretiosi et unxit pedes iesu: et extersit
capillis suis pedes eius: et domus impleta est
ex odore unguenti. Dicit ergo unus ex discipulis eius
iudas scariotis qui erat eum traditurus. Quare